in fine prime thessarescę de
chadis ponit. in sequenti non est
quatuordecim. sed erunt tre
decim. Sciamus ergo iechoniam prio
rem. ipsum esse quem & ioa
chim. Secundum autem filium non pa
trem quorum prior per k. & m. sequens
per x. & n. scribitur. quod scriptorum
uicio & longitudine temporum
apud grecos latinosque confu
sum est. Iacob autem genuit
ioseph. Hunc locum obicit no
bis iulianus augustus disso
nantie euangelistarum. cur
euangelista matheus ioseph filium
dixit iacob. & lucas eum appel
lauit filium hely. non intelligens
consuetudinem scripturarum. quod
alter secundum naturam. alter ei secundum
legem pater sit. Scimus enim hoc
per moysen domino iubente precep
tum. ut si frater aut propinquus
absque liberis mortuus fue
rit. alius eius accipiat uxorem.
ad suscitandum semen fratris ut
propinqui sui. Super hoc & affri
canus temporum scriptor. & euse
bius cesariensis in libris dy
aphonias euangeliorum plenius
disputarunt. Genuit ioseph
uirum marie. Cum uirum
audieris. suspicio tibi non sub
eat nuptiarum. sed recorda

re consuetudinis scriptu[rarum]
quod & sponse uocentur [u]xores.
Omnes a transmigratione babyl[o]nis
usque ad xpm. generation[es qua]tu
ordecim. Numera a iech[onia] usque
ad ioseph. & inuenies [tre]
decim generationes. Vi[ces]ima quar
ta decima generatio. in ipsum
xpm reputabitur. R. Stirps [illegible]
A. Natiuitas gloriose uirginis laud.
marie ex semine abrahe orta de tribu iuda.
clara ex stirpe dauid. euouae. A. Natiui
tas est hodie sancte marie uirginis cuius
uita inclita cunctas illustrat ecclesias.
euouae. A. Regali ex progenie maria exor
ta refulget cuius precibus nos adiuua
ri mente & spiritu deuotissime poscimus.
euouae. A. Corde & animo cristo cana
mus gloriam in hac sacra sollempnitate
precelse genitricis dei marie. euouae.
A. Cum iocunditate natiuitatem beate
marie celebremus ut ipsa intercedat
nobis ad dominum ihesum cristum. eu
ouae. V. O gloriosa domina. V. Elegit eam
Ev. A. Celeste beneficium introiuit in
annam per quod nobis nata est [illegible]
maria uirgo. euouae. Coll. ut sup.
In ii v. A. Natiuitas gl. P. Dixit d. R. Sol[illegible]
[illegible] tium. V. Diffusa [illegible] maris. V. Post [illegible]
A. Natiuitatem hodiernam perpetue
uirginis genitricis dei marie sollem
niter celebremus quo celsitudo thro
ni processit humillima. euouae.